



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 Vtrum sit posterior charitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

¶ 3 Prat. Per spem homo tendit in Deum, sed hoc proprie pertinet ad charitatem: ergo spes a charitate non distinguitur.

SECONTRA. Vbi non est distinctio, ibi non est numerus: sed spes connumeratur aliis uirtutibus theologis. Dicit enim * Greg. in 1. Moral. esse tres uirtutes, spem, fidem, & charitatem: ergo spes est uirtus distincta ab aliis uirtutibus theologis.

RESPON. Dicendum, quod uirtus aliqua dicitur esse theologica ex hoc, quod habet Deum pro obiecto, cui inhaeret. Potest autem aliquis alicui inhaerere dupliciter. Vno modo propter seipsum, alio modo, in quantum ex eo, in aliuo deuenit. Charitas ergo facit hominem Deo inherere propter seipsum, mentem hominis uniens Deo per affectum amoris. Spes autem, & fides faciunt hominem inherere Deo, sicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. De Deo autem prouenit nobis & cognitio ueritatis, & adeptio perfectae bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo inherere, in quantum est nobis principium cognoscendi ueritatem. Credimus enim ea uera esse, quae nobis a Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adherere, prout est in nobis principium perfectae bonitatis, in quantum scilicet per spem diuino auxilio innititur ad beatitudinem obtinendam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus secundum aliam, & aliam rationem est obiectum habitum uirtutum, ut * dictum est.

Ad distinctionem autem habituum sufficit diuersa ratio obiecti, ut supra * habitum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod expectatio ponitur in simbolo fidei, non quia sit actus proprius fidei, sed in quantum actus spei presupponit fidem, ut infra * dicitur, & sic actus fidei manifestat per actus spei.

AD TERTIUM dicendum, quod spes facit tendere in Deum, sicut in quoddam bonum finale ad ipsedum, & sicut in quoddam adiutorium efficax ad subueniendum: sed charitas proprie facit tendere in Deum, uniendo affectum hominis Deo, ut scilicet homo non sibi uiuat, sed Deo.

ARTICVLVS VII.

Utrum spes praecedat fidem.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod spes praecedat fidem. Quia super illud Psal. Spera in Domino, & fac bonitatem, dicit * gl. Spes est introitus fidei, initium salutis: sed salus est per fidem, per quam iustificamur: ergo spes praecedit fidem.

¶ 2 Prat. Illud quod ponitur in definitione alicuius debet esse prius, & magis notum: sed spes ponitur in definitione fidei, ut patet Hebr. 11. Fides est substantia sperandarum rerum: ergo spes est prior fide.

¶ 3 Prat. Spes praecedit actum meritorium. Dicit enim Apost. ad Corin. 9. Quod quod arat, det arare in spe fructus percipiendi: sed actus fidei est meritorius: ergo spes praecedit fidem.

SECONTRA est, quod Matth. 1. dicit, Abraham genuit Isaac, id est, fides spes, sicut dicit * glo.

RESPON. Dicendum, quod fides absolute praecedat spem. Obiectum enim spei est bonum futurum ad quod possibile haberi. Ad hoc ergo quod aliquis speret, requiritur, quod obiectum spei proponatur ei ut possibile. Obiectum autem spei est uno modo beatitudo eterna, & alio modo diuino auxilium, ut ex * dictis patet. Et utrunque coram proponitur nobis per fidem, per quam nobis innotescit, quod ad uitam eternam possumus peruenire, & quod ad hoc paratum est nobis

bis diuinum auxilium, secundum illud Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est: & gaudentibus se, remunerator sit. Unde manifestum est, quod fides praecedat spem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut * gl. ibidem subdit, Spes dicitur introitus fidei, id est, creditae, quia per spem intratur ad uidentium id, quod creditur. Vel potest dici, quod est introitus fidei, quia per eam homo intrat ad hoc, quod stabilizatur, & perficitur in fide.

AD SECUNDUM dicendum, quod in definitione fidei ponitur res speranda, quia proprium obiectum fidei non est apprensibile secundum se ipsum. Unde fuit necessarium, ut quadam circumlocutione designaretur per id, quod consequitur ad fidem.

AD TERTIUM dicendum, quod non omnis actus meritorius habet spem praecedentem, sed sufficit si habeat concomitantem, uel consequentem.

ARTICVLVS VIII.

Utrum charitas sit prior spe.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod charitas sit prior spe. Dicit enim * Ambrosius super illud Luc. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis &c. Ex fide est charitas, ex charitate spes: sed fides est prior charitate: ergo charitas est prior spe.

¶ 2 Prat. Aug. dicit 14. de ciuit. Dei, quod boni motus, atque affectus ex amore, & sancta charitate ueniunt: sed sperare secundum quod est actus spei, est quidam bonus animi motus: ergo deriuatur a charitate.

¶ 3 Prat. * Magister dicit 26. dist. 3. li. Sent. quod spes ex meritis prouenit, quae praecedunt non solum rem speratam, sed etiam spem, quam natura praeparat charitas: ergo charitas est prior spe.

SECONTRA est, quod Apost. dicit ad Tim. 1. Finis praeparat charitas est de corde puro, & conscientia bona, & gl. 1. spe: ergo spes est prior charitate.

RESPON. Dicendum, quod duplex est ordo. Vno quidem secundum uiam generationis, & naturae, secundum quem, imperfectum prius est perfecto. Alius autem ordo est perfectionis, & formae, secundum quem perfectum naturaliter prius est imperfecto. Secundum ergo primum ordinem spes est prior charitate. Quod sic patet: quia spes, & omnis appetitiuus motus ex amore deriuatur, ut supra * habitum est, cum de passionibus ageretur. Amor autem quidam est perfectus, quidam imperfectus. Perfectus quidem amor est, quo aliquis secundum se amatur, ut puta, cum aliquis secundum se uult alicui bonum, sicut homo amat amicum. Imperfectus amor est, quo quis amat aliquid non secundum ipsum, sed ut illud bonum sibi ipsi proueniat, sicut homo amat rem, quam concupiscit. Primus autem amor pertinet ad charitatem, quia inhaeret Deo secundum seipsum: sed spes pertinet ad secundum amorem, quia ille, qui sperat, aliquid sibi obtinere intendit. Et ideo in uia generationis spes est prior charitate. Sicut enim aliquis introducit ad amandum Deum per hoc, quod timens ab ipso puniri, cessat a peccato, ut * Aug. dicit super primam Canonice Io. ita etiam spes introducit ad charitatem, in quantum aliquis sperans remunerari a Deo, accenditur ad amandum Deum, & seruandum precepta eius: sed secundum ordinem perfectionis, charitas prior est naturaliter: & ideo adueniente charitate, spes perfectior red dicitur, quia de amicis maxime speramus. Et hoc modo dicit * Ambr. quod spes est ex charitate. Unde patet responsio ad Primum.

AD SECUNDUM dicendum, quod spes, & omnis Secunda Secunda S. Thomae. F 3 mo-

Est Cassiodorus in hunc locum.

1. 2. q. 62. art. 4. & 3. dist. 26. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. q. 4. ar. 1. * Li. 8. in Lucam in uic. de Vir. fidei p. comparationem ad granum sinapis. 20. 5. * Li. 4. c. 9. an. te me. 10. 5. * lib. 2. sent. dist. 26. para. 6. a. * Glo. interlin. ibid.

1. 2. q. 25. ar. 1.

Tr. 9. in Canon. 102. in med. 10. 9.

Loco citato in arg. 1.

motus appetitiuus ex amore puenit aliquo, quo scilicet aliquis amat bonum expectatum. Sed non omnis spes puenit a charitate, sed solum motus spei formata, qua scilicet aliquis sperat bonum a Deo, ut ab amico.

AD TERTIUM Dicendum, quod Magister loquitur de spe formata, quam naturaliter precedit charitas, & merita ex charitate causata.

Super questionis de essentia articuli primi

QVAESTIO XVIII.

De subiecto spei, in quatuor articulos diuisa.

IN articulo primo, in responsione ad secundum, dubium occurrit circa distinctionem istorum actuum in uoluntate, scilicet diligere, & sperare. Et est ratio dubii, quia superius in 1.2. q. 48. dictum est, quod licet isti actus in appetitu sensitivo sint diuersi, in uoluntate tamen coincidunt. Hic autem manifeste dicitur, quod in uoluntate alius actus est sperare, & alius diligere.

Ad hoc dicitur, quod cum identitas, uel distinctio huiusmodi actuum in uoluntate ambigua sit, nec commentum habeam, in prima parte opinatum, nec uacans nunc moralibus, intendam morari in hac narratione, dici potest, quod aliud est loqui de distinctione inter diligere, & sperare, de qua hic est sermo, & aliud de distinctione eorundem ab actibus uoluntatis ibidem numeratis. Lulle intendere &c. de qua ibi fuit sermo. Secundum illam uiam dicitur, quod hi actus sunt unius speciei substantialis, in esse nature, diuersim autem specierum accidentalium, sicut homo albus, & Aethiops. diligere enim significat uelle bonum alicui: sperare autem uelle bonum arduum possibile sibi. Apparentionibus, quod eadem est substantialis ratio actus, uelle diuersae autem eius conditiones, uidentur in quod diuersimode ad bonum tendunt. Et hoc sufficere uidetur litera huic. Iuxta uiam autem alteram, scilicet multiplicatam actus uoluntatis secundum multitudinem passionum undecim, quae sunt in ap-

li. 14. c. 7. & 6. 10. 7.

1. 2. q. 49. & 7. 4. art. 7. & 7. 4. art. 1.

7. 4. art. 1.

7. 4. art. 1.

DEINDE considerandum est de subiecto spei. ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum uirtus spei sit in uoluntate sicut in subiecto.

Secundo, Vtrum sit in beatis.

Tertio, Vtrum sit in damnatis.

Quarto, Vtrum in uiuatoribus habeat certitudinem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum spes sit in uoluntate sicut in subiecto.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod spes non sit in uoluntate sicut in subiecto. Spei enim obiectum est bonum arduum, ut supra dictum est: arduum autem non est obiectum uoluntatis, sed irascibilis: ergo spes non est in uoluntate, sed in irascibili.

Prat. Ei, ad quod unum sufficit, superflue apponitur aliud: sed ad perficiendum potentiam uoluntatis sufficit charitas, quae est perfectissima uirtutum: ergo spes non est in uoluntate.

Prat. Vn potentia non potest simul esse in duobus actibus, sicut intellectus non potest simul multa intelligere: sed actus spei simul potest esse cum actu charitatis. Ergo, cum actus charitatis manifeste pertinet ad uoluntatem, actus spei non pertinet ad ipsam: sic ergo spes non est in uoluntate.

SED CONTRA. Anima non est capax Dei, nisi secundum mentem, in qua est memoria, intelligentia, & uoluntas, ut patet per Augustinum in li. de Trin. sed spes est uirtus theologica habens Deum pro obiecto, cum ergo non sit neque in memoria, neque in intelligentia, quae pertinet ad uim cognoscitiuam, relinquatur quod sit in uoluntate sicut in subiecto.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex praedictis patet, habitus patet cognoscuntur. Actus autem spei est quidam motus appetitiuus partit, cum sit eius obiectum bonum. Cum autem sit duplex appetitus in homine, scilicet appetitus sensitiuus,

qui diuiditur per irascibilem, & concupiscibilem: & appetitus intellectiuus, qui dicitur uoluntas, ut in 1. habitum est, illi modus, qui sunt in appetitu inferiori sunt cum passione, in superiori autem sine passione, ut ex supra dictis patet. Actus autem uirtutis spei non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, quia bonum quod est obiectum principale huius uirtutis, non est aliquid bonum sensibile, sed bonum diuinum. Et ideo spes est in appetitu superiori, qui dicitur uoluntas, sicut in subiecto: non autem in appetitu inferiori, ad quem pertinet irascibilis.

AD PRIMUM ergo dicendum quod irascibilis obiectum est ordinum sensibile: obiectum autem uirtutis spei est arduum intelligibile, uel potius supra intellectum existens.

AD II. Dicendum, quod charitas sufficienter perficit uoluntatem quantum ad unum actum, quod est diligere. Requiritur autem alia uirtus ad perficiendum ipsam alium actum eius, qui est sperare. AD III. Dicendum, quod motus spei, & motus charitatis habent ordinem ad inuicem, ut ex supra dictis patet. Unde nihil prohibet utrumque motum simul esse unius potentiae: sicut & intellectus potest simul multa intelligere ad inuicem ordinata, ut in primo habitum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum spes sit in beatis.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod spes sit in beatis. Christus enim a principio suae conceptionis fuit perfectus comprehensus: sed ipse habuit spem, cum eius persona dicitur in Psalmo. In te domine speraui, ut glo. exponit, ergo in beatis potest esse spes. Prat. Sicut adeptio beatitudinis est quoddam bonum arduum, ita actus eius continuatio: sed homines antequam beatitudinem adipsam, habent spem de beatitudinis adeptione: ergo postquam sunt beatitudinem adepti, possunt sperare beatitudinis continuationem.

Prat. Per uirtutem spei potest aliquis beatitudinem sperare non solum sibi, sed etiam aliis, ut supra dictum est: sed beati qui sunt in patria, sperant beatitudinem aliis, alioquin non rogarent pro eis: ergo spes potest esse spes.

Prat. Ad beatitudinem Sanctorum solum gloria aeterna, sed etiam gloria corporis, qui sunt in patria expectant actum corporis, ut patet per Apoc. 6. & 12. super gloria ergo spes potest esse in beatis.

Super questionis de essentia articuli primi

Super questionis de essentia articuli primi

Super questionis de essentia articuli primi

Super questionis de essentia articuli primi

Super questionis de essentia articuli primi